



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Episcopo Et Cantori Zamorensi, & Abbati de Morerola diocesis Zamorensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

EPISCOPO ET CANTORI
Zamorenfi, & Abbati de Moverola
diocesis Zamorenfis.

Epist. 157.
Confirmatur
electio Cantor-
is.
Cap. Dilecto
filio. De 1097.
apud. Pralat.

Dilecto filio nostro Petro tituli sancti Marcelli Presbytero Cardinale bona memoriae A. Thesaurario Salamantino Paschasij & Dominico Garzia Clericorum procuratoribus apud sedem apostolicam constitutis auditore concesso, idem Thesaurarius proposuit coram eo quod cum in Salamantina Ecclesia, in qua Cantoris electio ad Episcopum & Capitulum communiter pertinet, cantoria vacante dictum Capitulum sapius Episcopum monuisset ut ad celebrandam Cantoris electionem cum eo pariter conveniret, eodem Episcopo infra semestre tempus id facere negligente, Capitulum uti cupiens jure suo, in Ecclesie memoratae Capitulo, sicut est moris, supradictum Paschasium ejusdem loci Canonicum in Cantorem elegit, ne quid in ejusdem electionis praesudicium fieret appellando, quam supradictus Thesaurarius auctoritate petiti apostolica confirmari, ac electionem quam venerabilis frater noster Compustellanus Archiepiscopus post appellationem hujusmodi de G. Clerico multis criminibus irretito ac tunc temporis vinculo excommunicationis astricto fecerat, tamquam minus canonicè celebratam cassari. Dicitur verò Dominicus proposuit ex adverso quod emenso sex mensium spatio, infra quod ad Episcopum & Capitulum Cantoris electio pertinebat, Decanus & quidam Canonici Salamantini, Episcopo, Archidiacono, & nonnullis Canonicis, qui praesentes in civitate aderant, inconsultis, non consueta hora, vel in Capitulo juxta morem, sed in Ecclesia potius, quibusdam laicis advocatis, stultè & inordinatè nimis eligere praesumpserunt, & cum jam dicti Archiepiscopi, qui eosdem propter hoc * evocaverat, adire praesentiam noluisse, ipse intelligens eligendi auctoritatem ad se juxta Lateranensis statutum Concilij devolutam, supradictum G. in Cantorem elegit, & eundem fecit de cantoria coporaliter investiri. Postmodum autem Decanus & sui complices nobis, de his mentione non habita, suggerendo quod Episcopus, qui monitus sapius infra sex menses eligere noluerat in Ecclesiae detrimentum, Cantore, qui ab eodem Decano cum majori parte Capituli institutus fuerat, spoliato, alium instituerat in Cantorem, ad Decanum, Archidiaconum, & Archipresbyterum Abulenti-

Tom. I I.

ses nostras litteras impetrarunt: quarum auctoritate cum supradictus G. ab eisdem fuisset iudicibus evocatus, eisdem inhibuit ne per dictas litteras procederent contra eam, cum in eis de sua electione facta per Archiepiscopum nulla mentio haberetur, & cum propter hoc, tum etiam quia prima citatione ad loca remota peremptoriè citatus extiterat, tum etiam quia iudices quosdam ex electoribus dicti Paschasij consanguinitatis linea contingebant, ad sedem apostolicam appellavit. Sed iudices nihilominus ad Salamantinam accedentes Ecclesiam, supradictum P. in cantoriae possessionem causa rei servandae contra justitiam induxerunt. Cum igitur super his & aliis coram eodem Cardinale procuratores ipsi aliquandiu litigassent, & ipse nobis fideliter retulisset quae proposita fuerant coram eo, quia nobis constitit à supradicto Decano & ejus sequacibus post elapsum sex mensium spatium infra quod Episcopo & Capitulo memoratis, prout communiter spectabat ad eos, procedere ad Cantoris electionem neglexerant, electionem supradicti P. minus canonicè celebratam, eandem decrevimus irritam & inanem, & appellationem ab eodem Decano & suis fautoribus interpositam, factum Archiepiscopi, ad quem jam erat eligendi auctoritas devoluta, nequivisse aliquatenus impedire. Quia verò contra personam ipsius G. quaedam objecta fuerunt de quibus nobis non potuit fieri plena fides, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus, nisi jam dicto G. aliquid canonicum obviet, electionem de ipso factam sublato appellationis obstaculo confirmetis, facientes ipsum ejusdem cantoriae pacifica possessione gaudere; contraditores per censuram ecclesiasticam compescentes. Quod si non omnes &c. tu ea, frater Episcope, cum eorum altero &c. Datum Laterani v. Kal. Novembris, anno tertio decimo.

MINDENSI ELECTO, ET
Abbati Lesburnensi Monasteriensi diocesis,
& Custodi Monasteriensi.

Venerabiles fratres nostri Lubicensis & Livonenfis Episcopi & dilectus filius major Decanus cum ceteris Canonicis Bremensis Ecclesiae suis nobis litteris intimarunt quod cum olim Waldemarum quondam Sleuicensem Episcopum à nobis in Archiepiscopum postulassent, quia id non potuit effectui mancipari, quidam ex eis electionis suae vota in dilectum filium

P p p ij

Epist. 158.
De translatione
Episcopi
Olnaburgensis.
Vide lib. 10.
Epist. 209. 215.
lib. 11. Epist. 173.
lib. 14. Epist. 67.
Ep. lib. 15. Epist. 3.